



Db. 15



34.
R E C T O R
ACADEMIÆ FRANCOFURTANÆ
FRANCISCUS
OMICHIUS
Medicinæ Doctor & Pro-
fessor Publicus

ad
PENTECOSTES
sollemnia

&
Gratitudinis erga venerandum ministerium
declarationem

Reipubl. litterariæ cives amicè
& sollemniter invitat.

KL. Junii

ANNO CHRISTI

∞. DC. XXIII.

LITTERIS

HARTMANNIANIS.



Vod MELIUS vertat! Rursum se
surgit Eoa

Lucifer ex unda, lucemq, indicit, a-
lumnis

Christi, quam FLATU voluit de ju-
re sacratam

CÆLESTI pietas populiq, propago fidelis.

Hoc sollemne sacrum, Graji cognomine PENTE-
COSTEN nominant, vix anno clauserat urbis
Circulus, assolito diversis more per actum

Ritibus, & cum voce Choro & sine voce loquelis

Expleto, & graviter Pracone docente, virecta

Inter amœna, sacrosanctus quis Spiritus ille,

Unde domo, quali vita & quamente colendus:

Vix dictum, en stridor litui clangorq, tubarum

Exoritur plateis, rausoq, tonantia pulsu

Tympana plauduntur, nervos ceberesq, sagittas

Expediunt, Scythica quasi tentent praelia gentes,

Panicus aut terror sua cuilibet arma ministret.

Nec mora, corripunt variis ex partibus urbis

Armati pharetra gressum, versuq, petentes

Laxato campum certatus, mœnia propter,

Secum

Secum animo palmæ geminum meditantur honorem,
Et vultu in dubiis simulat spem quisq; decoro.
Schema præfertur volucris de robore ligni,
Vexilliq; decente volumina motu agitantur.
Non aliter, si parva licet componere magnis,
Ornatu incedunt & multisono modulatu,
Quam Consul victor, feliciter undiq; pugnis
Pugnatis, olim Capitoli saxa subibat,
Alta jugis septem cum nondum Roma jaceret,
Sed rupes floreret adhuc Tarpeia per orbem,
Et regna imperio premeret populosq; subactos.

Spectatum veniunt pueri innuptæq; puella,
Densa virum ac matrum circumtegit umbra plateas.
Pars pendent speculis, pars tecto, undare fenestra
Cernuntur populis: voto comitantur euntes,
Mox pedibus. Simul ac ventum est ad agona, columbus
Funali erigitur tornatilis: inde juvenus
Accurrit, funesq; manu contingere gaudet.
Mox sibi dant leges: feriendi tempora cuiq;
Sortes assignant, victori premia ponunt,
Quiq; suas frustra indocti misere sagittas,
Ni multam pendant, a verso corpore, risu

Expo-

Expositi atq; jocis, acceptant verberis ictum.
Visendi studio excitum mœnia linqvunt
Innumeri, festum festivas vertit in horas
Et lusus. Forulos alii Palamedis iniquos
Calfaciunt, artes quævis luditur alea docti.
His saxo petitur metuenda leonibus ales,
Ales quæ vigili mane excitat ore cubantes.
Sunt quos pyramides globulis petiisse, bidentemq;
Accepisse iuvat mansuetam, premia palma.
Est & qui sequitur carchesia, & impiger haurit
Spumantes cyathos. Nam festa luce madere
Non pudor est illis, qui semper pocula verlant:
Quin probro est festis non vertere pocula diebus.
Cymbia, cum lectum linqvunt, rorantia poscunt,
Cymbia, cum lectum poscunt, rorantia linqvunt.
Intonsi montes ac umbriferæ convalles
Latè spirantes, Veneris stipendia, flores,
Lilia, pallentes viola, rosa sanguine tincta
Idalio, alliciunt alios cum Phyllide; ducunt
Illi, ceu Satyri, choreas geniumq; celebrant.
Interea cedit ramos, tum frondibus ædes,
Flore pecus servum & decorat porrecta viarum,

Quod

Quod sollemne olim Verpis: pars viscera torret,
Undis pars mollit carnes ferventibus: ornant
Dona alii mensis Cerealia, libaq; fingunt.

Dum studium hoc cunctis, ipsa indignantur Olympi
Templa, sat uberibus lacrimis testata dolorum:
Sol ferrugineis nubis sua tela diei
Nubibus: aerei tempestas liquidat tractus
Turbida fit subito, cunctas Erebumq; Chaosq;
Ut liquisse putes tenebras mundumq; replese:
Filiola celi obmutescunt tempore puncto:
Mutant ventorum paces animaq; tremenda
Prælia commiscunt: immanis murmur a celum
Percurrunt altum, tonitrus crepit ante fragore
Ardua terrarum graviter terrentur, & ades
Discutit infesti vicinas fulminis ictus,
Hisce pedes, aliis infestat brachia flammis,
Nostriq; e medio, meminens horresco, prællant
In fontem & juvenem Musarum castra secutum
Telo demittit necopinæ calite morti,
Omnes quo melius noti feritate tyranni,
In Christo-fidos acuunt qui gesa, perirent.
Nos miseri! vitam quoq; fulmen rumpit ab astris,

Et

Et non cessamus sectari frivola? nondum
Lingvimus ampullas & vana crepundia rerum?
Nos & adhuc festas, nostra impietate nefastas
Sic patimur tuces fieri? monuisse iuvabit
Nil prorsus? mos anni nunc ut possidet, Arcus
En poliere suos, en acrispicula dente
Inspicaverunt: compacta est pergula ad ades
Sat multas: quantum Cereri Bromioq; litandum
Cum locubis initus stat passim calculus. Omnia
Ad luxum & lusum, nihil ad sollemnia tendit.

Eheu nos miseri! Rerum hic ad festa paratus?
Accepto à priscis adeo desuescere ritū
Difficile est! Adeo titillat devius error!
Sic magis aeterni cupit expers Numinis esse,
Quam breve letitia vapido sub corde venenum
Linquere, Mortalis! namq; hac duo cordibus isdem
Non bene conveniunt. Vanis mens ebria pellit
Cæli AURAM: sancta est, sancti divertit in aulam
Pectoris. Hac recipi vult, hac vult capta teneri.

Hanc nati in libros Iuvenes, meliora professi,
Excipere hospitio, quem tangit serius ardor,
Certè omnes tangat, sua queis sibi cura Salutis,

Specula-

Spectatum ad templum currat, non schema columba
Perfectum argento; vilis penetralia tecti,
In quibus invigilat precibus duodena virum vis
Isacidum, licet hic ut mentis lumine lustret:
En animis agitant calum caloque receptum
Unanimes Christum: propriaque in sede sedenti
Incumbunt cui vis caelestia semina Flamma,
Et subito in lingvas abeunt lingua omnibus omnes,
De vino haud madidis, madidis de palmitate Christi.

Ast hodie cuius non corda sepulta Lyao?
Quis Linguam addiscit qua Christus, qua Deus ipse,
Romula qua tellus, plebesue Pelasga locuta est?
Et didicisse tamen sese vult quisque videri,
Et qua non capit, implantat o carpere aceto.
Sorte sua quotus est contentus? Sacra docentes
Inter se certant, novit saepe impius intus
Sese errare furor, monitus sed cedere sano
Turpe putat, culpam cumulat, praeexitur iris
Religionis opus, Caro Christi et Sanguis adempti
Caelo non caelo: Interea caro propria pastus
Est nobis, sanguinem proprium fit potus Ibero
Communi patria qui faucibus incubat, Ardens

Quis

Quis calum penetrat votis humiliq; precatu?
Ne pigeat monuisse, hac ne fundantur in auras
Verbales, fac Rubis honos; sprevisse pigebit,
Est Pietatis agor Tibi concertandus arena
Assidue, super hanc aude certare coronam.
Perversos contra mores certamen inire,
Omnibus ac vitiis con vitia dicere fada
Fas est. Ad templum Domini vise atq; revise,
Veste recincta anima, sine fastu & felle, Iehova
Compositas animas humilesq; obvertere nostrum est.
Dono imitare Deum, dando terrena ministris
CHRISTI, queis seipsum DEUS & sua largiter offert
Dona: Sacrum & precibus cali Spiramen amica,
Eluat ut sordes, riget arida, saucia sanet,
Quod rigidum flectat, foveat quæ frigida, tentet
Devia. Sic Lingua, sic te doctrina sequentur,
Imbres sic pluvii, venti q; volumina & ira
Sic placabuntur tonitrus: sic SPIRITUS aurâ
Lene susurranti cordis penetrare replebit.

M. P. F.

Ja 666

ULB Halle 3
002 177 021



5b-700

V017

MC





Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13



34
T O R
ANCOFURTANÆ
CISCUS
HIUS
Doctor & Pro-
publicus
COSTES
ria cives amicè
ter invitat
CHRISTI
XXIII.
ERIS
NNIANIS.